

populi, & successionem futuri. Sumit etiam calicem supplicij, atque universis gentibus porrigit. Accipit & lumbare sub exemplo populi Iudæorum, atque putrefactum projicit illud in dispersionem trans flumina gentium. Ostendit & calicem aureum Babylonis, per quem inebriatus est mundus Iethifero idololatriæ haustu.

Iubetur & projicere in Euphraten volumen lapidi alligatum, ad demonstrandum interitum Babylonis, vel figuratiter totius mundi. Inerepat etiam delinquentes, & ad conversionem provocat.

Ad ultimum plangit ruinam Jerusalem, & templique excidium, & dispersionem gentis; quæque non tantum prænuñtiavit, sed etiam præsentia vidit. Exorsus est autem duodecimo anno Iosia Regis Iudæ eo tempore, quo & Oida mulier, Prophetiaque eius per quatuor Reges extensa est, sub Iosia, & Eliacim, & Ioacim & Sedecia, sub quo eversa est Ierusalem. Annis lxxii. & tribus mensibus prophetavit, excepto illo tempore, quo post eversam Ierusalem in Ægypto cum populo fuit.

De Ezechiele. Ezechiel, qui in Latinum vertitur fortitudo Dei; hic figurans typicè Christum, stat iuxta fluvium seculi; & præclara contuetur mysteria.

Cernit similitudinem gloriæ Dei, & quatuor animalia in similitudinem Evangeliorum: & rotas se invicem continentes in typo testamentorum. Videt & aurigam, id est, Christum, deorsum igne iudicij, sursum electri, id est, divinitatis fulgore rutilantem. Comedit quoque librum divinæ legis, in quo scriptum est lamentum penitentium, & carmen iustorum, & vae eorum, qui post peccatum penitentiam non egerunt. Dehinc accipit laterem: in quo obessa Ierusalem pictura describitur, vel in quo sub typo Christi eiusdem Ierusalem, id est, totius Ecclesiæ, quæ est e latere Christi formata mysteria describuntur. Capit & hic Propheta somnium sinistri lateris, in (a) typo mortis peccatorum qui ad lavam positi æterna supplicia sustinebunt: ac demùm a sinistro in dextro latere dormire iubetur propter spem eorum, qui per mutationem morum resurrectionis gloriam obtinebunt.

(a) al. typam.  
(b) al. figuram.  
(c) al. comminatur.  
(d) al. vaticinium suum.

Aspicit interea, & duas virgas sibi met copulatas, in similitudinem circumcisionis, & gentium, sive aquilam sub Nabuchodonosor, velut Antichristi (b) figura, magnis alis, & volucris celeritate totius mundi imperia occupantem.

Plangit præterea sub specie Principis Tyri beatitudinem Diaboli, quam amisit, & ruinam eius magnam cum lamentatione deplorat. Ad ultimum arundinem vel faniculum gestans metitur sub specie sanctorum mysticè Ierusalem.

Inter hæc mystica subjicit quædam moralia: falsos (c) criminatur Prophetas, atque speculatoribus præcipit, ne reticeant malitiam. Quatuor etiam ultionum pœnas peccatoribus prædicat; animasque redire ad corpora sua prophetat. Ostendit quoque unumquemque pro se rationem Domino redditurum: nec in progeniem posse ultra diffundi labem paterni delicti. Obiurgat inter hæc sub Colla, & Olliba, omnem turpitudinem Samariæ, & Ierusalem: nativitatemque obijcit contumeliosam. Sæpè etiam ad penitentiam captivos provocat populos, & post prævaricationem admonet populum redire conversum.

De Daniele. Daniel, qui interpretatur iudicium Dei, quique etiam de Christo cunctorum manifestior Prophetarum est. Denique iste non solum venturum prædicavit, ut cæteri, sed etiam & tempus incarnationis, & passionis, per ordinem Regum, & numerum definit annorum: ita ut potius non videatur futurum prædicare, sed quasi transacta narrare. Hic autem quatuor regnorum cernit frequentius visiones, eorumque differentias sub diversis imaginibus intronit. De Antichristo quoque ostendit, quod ipse sit cornu pusillum, id est, parvo tempore regnaturus: & decem Regibus subiugatis, solus postremis temporibus regnaturus. 7 De consummatione Ierusalem, vel mundi, plura scribit, sive de iudicij, & regno sanctorum. In fine autem voluminis Prophetiæ suæ Susannæ historiam, (e) & Belis, draconisque fabulas ponit.

Hic (e) Et Belis, draconisque fabulas ponit. Plerique codices pro fabulis, fabulam legunt. Hieronymus tamen prologo in Daniele, unde hæc Isidorus est mutuatus, Susannæ historiam negat, hinc

(A) Hic autem liber apud Hebræos Hebraicis quidem litteris, sed Chaldaicè lingua scriptus est. Prophetavit autem in Babylone, quando & Ezechiel.

(a) De Osee. Osee Propheta, qui intelligitur salvans, in duodecim Prophetis primus: profundior reliquis in sententiis, & (a) operosior intellectu. Iste ad eas tribus, quæ vocantur Ephraim, & Samaria, domum Iosèph, & Israël loquitur, sed per Ephraim hæreticos arguit, qui recedentes ab Ecclesiæ unitate, participes facti sunt idolorum.

(b) Per Samaritanos autem (b) eorumdem hæreticorum demonstrat figuram: qui (e) præceptorum Dei custodes esse mentiuntur: & sub prætextu veritatis mendacium colunt. Hic historialiter Iudæos (d) in Christo ultimo tempore credituros pronuntiat. Tertium quoque resurrectionis Dominicæ diem prædixit. Prophetavit autem in diebus Ozia Regis Iudæ, sive Ieroboam Regis Israël, quando & Isaias.

(c) De Ioel. Ioel Propheta, qui interpretatur incipiens. Iste ad Iudam tantum, & Ierusalem vaticinium proferens, in principio sui voluminis post voluptuosa convivium ad luctum provocat Ierusalem, excidiumque eius pronuntiat. Prædicat quoque vocationem gentium, & super congregatos credentes superventurum Spiritum Sanctum. Prophetavit autem sub Iothan Rege Iudæ, quando & Michæas.

(d) De Amos. Amos, qui interpretatur

lynnum trium puerorum, Belis & draconis fabulas in Hebræo esse. Eodem modo sequitur prologo commentariorum ad eundem Prophetam, neque vocis insolentia noceri quis debet, ut credit Hieronymus; & Isidori testimonio Danielis vaticinium ea parte falsi accusari. Nam fabula, quæ a fundo dicitur, ut ait Varro: 5. de lingua Latina, est res postum vulgata, sive vera, sive falsa sit. Itaque passim ea vox in utraque partem accipitur. Origenes homi. 5. in Genes. Hic iam (inquirit) refertur famosissima illa fabula Lot. Genes. 3. hist. Ecclesiast. c. 23. Audi fabulam, & non fabulam, sed rem gestam de Iohanne Apostolo. Hieron. ad Philip. 2. longum est, inquit, si vellem Sansonis fabulam ad Christi trahere sacramentum.

(a) al. peritor.  
(b) al. eorum.  
(c) al. præceptorum Dei Legem custodisse mentiantur.  
(d) In Christo ultimo tempore credituros. Archaimus est, pro in Christum: ut Aeneid. 2. Talis in hoste fuit Priamo. Simili libertate dicendi superius dixit, transigratum pro transigrasse, invis sunt, pro inviderunt, & alia, quorum inire rationem, longum esset.

onus, vaticinavit in (e) Samariam & Ierusalem, tria & quatuor scelera gentium sub totius mundi figura describens. Primum itaque scelus, quia omnes in Adam peccaverunt. Secundum, quia insitam naturæ legem immemores rationis non intellexerunt. Tertium quoque eorum, qui datæ Legi non obediunt. Quartum inextinguibile eorum, qui in Christo non crediderunt; pro quibus scelestis intonat Dominus ignem, id est, sententiam æterni iudicij illaturum. Hic autem adventum Christi sub Dominica voce ita prædicat; Ego (f) firmans tonitruum, & creans spiritum, & (g) annuntians in hominibus Christum. Reliqua autem, quæ de Amasia & Ieroboam, sive Israël loquitur: tropologicè ad hæreticos sunt referenda. Prophetavit autem sub Rege Ozia, eo tempore, quo Osee, & Isaias.

(e) De Abdias. Abdias, qui interpretatur, servus Domini, inter omnes Prophetas brevior numero verborum, sed gratia mysteriorum æqualis. Iste contra Idumæam loquens increpat mysticè superbiam Edom: prioris videlicet populi audeciam, quod Iacob fratrem suum, id est, Christum ex (h) Hebræorum stirpe creatum occiderit. In monte autem Sion, quæ est Ierusalem, futuram salutem, & sanctum, qui est Christus, annuntiat; atque in monte Esau, per quem figuratur Ecclesia gentium, futurum innotat Domino regnum. Prophetavit sub (i) Iosia Rege Iudæ, quando & Michæas.

(f) al. formans.

(g) Annuntians in hominibus Christum. Sive quatuor codices correctiores, tres alij legunt, annuntians in hominibus Christum suum, ut est in 190 contextu Septuaginta interpretum, & ut legit Aug. 18. de Civit. Dei, cap. 28. Totus locus est Amos 4. 8. 13. detumptus est, ubi vulgata editio habet: Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum, nimirum ut docet Hieron. comment. ad eum locum, ubi eius, & nostro tempore Hebræi legunt מִן־שָׁמַיִם Septuaginta legerunt מִן־אֲדָמָה atque ea fuit verba interpretatiocinis occasio.

(h) al. eorum.  
(i) Prophetavit autem sub Iosia. Locus est implicitissimus. Hebræi, ut Hieronymus ait initio in eadem Prophetam, veniunt: hunc esse Abdiam illam, qui Achab tempore Prophetas pavit in specubus. Dorothæus in Synopsi eundem tertium ducem quinquagenarium ad Eliam missum ait. Utramque Isidorus ipse sequitur, de vita & morte Sanctorum. Hæc si vera sunt, non Ozia tempore vaticinatus est, sed Iosaphat, ut habent codices Septimacensis, Laurentianus, & Hispalensis in membranis. Hieronymus in Osee

(a) De *Iona*. Ionas, qui interpretatur columba, tam sermone quam naufragio suo passionem Christi, mortemque & resurrectionem (a) figurat: sive quod de navi in mare, tanquam de cruce in terram, proiectus est, sive quod in ventre ceti exceptus, tanquam in sepultura terræ tribus diebus, ac noctibus reconditus est, vel quod in figura Ninive penitentiam mundo prædixerit. In sequentibus autem typum gerit Iudæorum, qui salutem gentium, non tantum advenire noluerunt, sed dum venit, invidi sunt. Ninive quoque gentium significat speciem. Iona verò in hoc loco Iudæorum. Nam quemadmodum Ninivitarum salus ad æmulationem provocavit Ionam, ita redemptio gentium scandalum extitit Iudæorum. Merito & contra Orientem civitatis sedisse legitur sub umbra hederæ, quia eadem plebs separans se a salute Ecclesiæ, dolore tabida contra Christum, id est, Orientem Ecclesiæ, linguam suam movere nititur sedens sub umbra Legis, quæ umbra a verme arefacta est: (b) Quia adveniente Christo vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia nova. Prophetavit (c) autem sub Ozia Rege Iuda, quando & Osee, & Amos, & Isaia prophetaverunt.

(d) De *Michea*. Micheas Propheta interpretatur: Quis iste? comminatur Samariæ iram Domini ob causam simulacrorum, interitumque (d) populo Israël venturum denuntiat. Locum etiam in quo nasceretur Christus, demonstrat. (e) Prophetavit autem sub Iosia, quando & Sophonias.

*Osee c. 1. Osee, Isaias, Joel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas videri solent. Cum hac opinione convenit Iesio, quæ est in duobus charactibus Hispanensibus, nempe sub Ozia esse vaticinatum Isidorus ipse, Abdiam Michea contangam, Micheam Sophoniam facit. Sophonias sub Iosia vaticinatus est, quo tempore Jeremias. Itaque codices Tarraconensis & Parisiensis Prophetam hunc sub Iosia vaticinatum esse aiunt. Hanc nos lectionem sequuti sumus, tametsi de Iesio ait: paulo superius: Prophetavit autem sub Ioathan Rege Iuda, quando & Micheas. Nisi hoc etiam fortassis loco, Ioathan legendum sit Iosia.*

(a) al. indicat.

(b) 2. ad Corinth. 5. v. 17.

(c) Prophetavit autem sub Ozia. 4. Regum 14. v. 15. Ieroboam filij Ioas Regis Israel, qui fuit æqualis Ozia: etate Ionam eum puerum fuisse aiunt, quem Elias ad vitam revocavit, 4. Reg. 4. Tametsi Dorobeei, Hieronymi, magnorumque aliorum virorum auctoritate nitantur.

(d) al. populi.

(e) Prophetavit autem sub Iosia, quando & So-

(f) De *Nabum*. Nabum, (f) qui est consolator, simulacra gentium exterminanda pronuntiat, nec non urbem sanguinum Ierusalem, post cuius interitum pedes annuntiantis pacem, id est, Salvatoris adventum proclamatur.

(g) De *Habacuc*. Habacuc amplexans, sive luctator fortis in principio voluminis sui describit Diabolum cum membris, ac moribus suis: in fine verò (g) pronuntiat adventum, passionemque Salvatoris.

(h) De *Sophonias*. Sophonias, speculator mysteriorum Domini, & abscondens, cernit captivitatem Urbis Ierusalem a Romanis futuram: per vocem clamoris a porta piscium, & per collium contritionem, id est, montis Sion, qui est collis Ierusalem, nec non & aliarum gentium everisionem prædicat, terroremque divini iudicij intonat. Loquitur etiam contra Moab & Ammon, sed per ipsos, tanquam finitimi populo Dei, & proximi Catholicis sacramentis, heretici arguuntur. Hic tertium diem resurrectionis Christi prophetat, atque in adventu Christi totum orbem sub uno iugo Domini servitutum annuntiat. Prophetavit autem sub Iosia, quando & Jeremias.

(i) De *Aggeus*. Aggeus, qui interpretatur solemnitas. Hic in vaticinij sui textu templum Domini restaurandum præcepit, contritionem prædicat gentium, vel commotionem totius mundi prædicat, ac sub figura Zorobabel Christi vaticinatur adventum. Septuagesimo autem anno captivitatis populi prophetavit: duobus tantum

*phonias. Alij codices legunt, sub Ozia. Neutrum placet, nullum sub Ezechia: propter locum Ier. 26. v. 18. Micheas de Morasthi fuit Propheta in diebus Ezechie Regis Iuda. Ipse initio sua prophetia ait. Verbum Domini, quod factum est ad Micheam Morasthitem, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechie Regum Iuda. Fortassis ad Iosia regnum pervenit, quando Sophoniam vaticinatum esse constat, quem Isidorus Michea æqualem facit, Micheam Iosia, & Abdie.*

(f) Nabum, qui est consolator. Sic Septimancensis, ac Tarraconensis, & Hispanensis in membranis, consolat, quæ lectio haud contentenda est. Porro in Seder-bolam Hebræi arserunt, Iobal, Nabum, & Habacuc vaticinatos esse Manassis tempore, & quoniam impræbiter erat, subtrixit eius nomen. Hieronymus prologo in duodecim Prophetas: In quibus autem, ait, tempus non præfertur in titulo; sub illis eos Regibus prophetasse, sub quibus, & hi, qui ante eos habent titulos prophetaverunt. Quam opinionem, unde desumpsit Hieronymus non invenio. Isidorus sanè vaticinavit Nabum, & Habacuc nulla tempora designavit.

(g) al. pronuntiat.

tum mensibus Zachariam vaticinatio suo præcedens.

(a) De *Zacharia*. Zacharias, qui nominatur memoria Domini: postquam iam Domini (a) patribus prophetavit; vidit virum sedentem super equum rufum, in figura corporis Christi, rosetum sanguine passionis: sive myrteta, gentium populum significantia: aspexit, & cornua quatuor, sive fabros in figura gentium, quæ Iudam, & Israël dispergentes, gravi pondere depresserunt. Intuetur similiter & Iesum sordibus carnis & mortalitate vestitum, quibus ablatis indutum immortalitate & gloriâ. Cernit & lapidem, qui est Christus, septem habentem oculos, id est, septiformis spiritus plenitudinem. Inter hæc intuetur torrem & titonem extinctum, id est, Diabolum. Candelabrum videt in figura Christi cum lucernis septem, quæ sunt Ecclesiæ: nec non & duas olivas ad dexteram, & ad sinistram candelabri positas, duorum testamentorum typum significantes. Assumit quoque idem duas virgas funiculi, & decoris in typo Iudæorum & gentium. Aspicit deinde duas mulieres, id est, hereticorum plebes, sive Iudæorum in alis suis levantes amphoras, id est, (b) diabolicam doctrinam, massamque plumbi, quod est pondus peccati gravissimum, sive volumen volans, in quo peccata hominum & supplicia describuntur. Videt & quadrigas quatuor predicationis Evangelicæ iugo currentes. Post hoc aspicit equos missos ad prædicationem mundi: Primum rufum, passione martyrij. Secundum nigrum, squallore penitentiae. Tertium album, candore baptismatis. Quartum varium, expositione & doctrinâ fidei. Cernit quoque & tubas sanctorum gestantes figuram, per quas Dominus mundo canit, atque angulum, in quo duo ex adverso populi coniunguntur, sive paxillum, figuratiter Christum, infixio in cordibus populorum, describit & pastorem, Antichristum, opus, & intentionem in sinistro habentem. Equum quoque in figura ple-

bis hæreticorum, & ascensorem eius, Diabolum. Prædicat etiam fontem in domo veri David patentem in lavacro regenerationis. Alia quæcumque scribit, aut de adventu Domini, aut de eius passionis sunt, aut de seculi fine, sive iudicio. Prophetavit autem secundo anno Darij Regis Medorum iisdem temporibus, quibus & Aggeus: anno septuagesimo desolationis templi, & captivitatis populi.

(c) De *Malachia*. Malachias, qui interpretatur Angelus (c) Domini, in principio vaticinij sui demonstrat odium Iudæorum in Esau, & dilectionem iunioris populi in Iacob. In sequentibus autem veteres Iudæorum victimas reprobat. Et sacrificium transferri ad gentes annuntiat. In (d) fine verò adventum Domini, diem quoque iudicij, iustorumque præmia, & impiorum penas. Iohannem etiam prædicat ante primum adventum Domini missum, & Eliam ante secundum adventum (e) annuntiat esse mittendum. Inter hæc nonnulla moralia & disciplinis congruentia explicat: in quibus corripit populum, sive sacerdotes despicientes nomen Domini, atque eius sacramenta pollutis oblationibus, & sacrificiis violentes. Præmonet etiam Episcopos (f) doctos, & sine macula esse debere. Et citra personarum acceptionem, populos veritatem instruet: discordes quoque arguit, decimas & primitias (g) reddendas in prædicatoribus a populis Ecclesiæ præcipi. Obiurgat & eos, qui coniuges (h) suas despiciunt, & aliarum amore nectuntur. Similiter & illos, qui miseriam suam dolentes felicitatem laudant eorum, qui huius mundi prosperis perfuruntur. Prophetavit autem novissimus in Babylone, quando Aggeus, & Zacharias.

(i) De *Esdra*. Esdras (i) scribit populum, expleto captivitatis tempore imperante Cyro Rege Persarum in Ierusalem fuisse reversum: ac sub Zorobabel, & Iesu filio Iosedech sacerdote magno, sive Nehemia, muros Ierusalem, templumque & altare renovatum, ius quoque sacerdotum

(a) al. in patribus.

(b) al. Diabolum, massamque.

(c) al. Dei.

(d) al. finem.

(e) al. denuntiat.

(f) al. bonos, & sine crimine.

(g) Reddenda a populis præcipi.

(h) Sus despiciunt, & aliarum amore nectuntur. Duo Hispanenses: post hæc verba addunt:

Hunc autem Malachiam Hebræi Esdras intelligunt sacerdotem. Nam & computra, quæ in hac prophetia scribuntur, in eius volumine continentur. Quæ verba tametsi Hieron. præfat. in hunc Prophetam, & August. 20. de Civit. c. 25. auctoritate defendi poterant, tanquam malè usata, loco movimus, reversionemque in hunc locum.

(i) al. scripsit.

restitutum, & sanctæ religionis cultum, multisque opibus gentium Principumque Persarum numeribus perornatum.

*De Machabæis.* Machabæorum libri, licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter divinorum voluminum annumerantur historias. Prænotant autem prælia inter Hebræorum duces, gentesque Persarum; pugnam quoque Sabbatorum, & nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus, actaque legationum.

*De quatuor Evangelistis.* Evangeliorum prædicatio, quamvis (a) quadrifaria sit, una est tamen: quia ex uno, eodemque ore divinitatis processit. Hæc sunt enim quatuor flumina de uno paradisi fonte manantia, quæ quadrupli unione decurrunt, ac per totum mundum cælestis prædicationis ministrant fluentia, gratiæ, ac fidei (b) virorem infundunt. Hæc est illa in Zacharia quadrifida Domini, in qua per omnem orbem eversus leni iugo colla sibi cunctarum gentium (c) subjicit. Hi sunt etiam & quos sub quatuor animalium specie visio prophetalis (d) descripsit, id est, hominis, leonis, bovis, & aquilæ. Namque primus, scilicet, Matthæus, ut homo, ordinem humanæ nativitatæ designat. Secundus, scilicet, Marcus ad instar rugientis leonis statim in principio sui diviniæ potestatis fortitudinem insonat. Tertius, scilicet, Lucas victimam sacerdotis præmittens, quasi (e) vituli mortem insinuat. Quartus, scilicet, Iohannes, more aquilæ aspectans cælum, terram avidus transvolat, atque nativitatæ verbi occultâ mysterij intelligentiâ penetrat, sed ex his tria illa animalia, quæ in terra gradiuntur, actuale vitam sequentes, ea tantummodo persequuti sunt, quæ homo Christus in terris temporaliter gessit. Quartum autem animal contemplationis acie cælestia inspicit, & pauca operum, plurima divinitatis sacramenta digessit.

(a) al. quadrifariam.

(b) al. rorem, al. vigorem.

(c) al. subegit, vel subiugavit.

(d) al. describit.

(e) al. vitulum.

(f) Matthæus itaque. Hæc verba, usque ad illud. Et in principio fuisse annuntiavit, in duobus Hispalensibus tantum erant, & suspecta fidei esse visa sunt, quo circa obelo sunt iugulata, quemadmodum totus ille locus de epistolis B. Petri, cui initium est. In prima autem epistola, usque ad extremum. Præterea nonnulla alia verba,

(f) Matthæus itaque in principio regalem Christi sequens prosapiam, & moralem: tamen deinceps potius disciplinam sequutus, pauca signorum & plura vivendi præcepta composuit. Item Marcus abbreviator Matthæi, ea, quæ in itinere ad rationem vitæ regendæ docebat Petrus, veloci stylo retexit: gradiens pariter inter Lucam, atque Matthæum, plura tamen ex Matthæo commemorat, non tantum verum, sed & verborum ordinem servans. Lucas verò historiæ magis ordinem tenens, copiosius cæteris gestorum Christi virtutes enuntiat. Ad ultimum Iohannes naturalia explicans transvolavit cælos, & Angelos verbumque Dei reperit: & in principio fuisse annuntiavit. Ex his primus & ultimus, ea prædicaverunt, quæ ex ore Christi audierunt, vel quæ ab illo facta, vel gesta audierunt. Reliqui medij duo ea tantummodo, quæ ab Apostolis cognoverunt: quorum quidem Matthæus Evangelium in Iudæa primus scripsit, deinde Marcus in Italia, tertius Lucas in Achaia, ultimus Iohannes in Asia. Ex quibus solus tantum Matthæus prædicationis suæ historiam Hebraico perstrinxit stylo. (g) Reliqui verò Græci sermonis eloquio ediderunt.

*De Epistolis Pauli.* Paulus Apostolus quatuordecim Epistolis prædicationis suæ perstrinxit styllum. Ex quibus aliquas propter typum septiformis Ecclesiæ septem scripsit Ecclesiis, conservans potius, nec excedens numerum sacramenti propter septiformem sancti Spiritus efficaciam. Scripsit autem ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, (h) ad Thessalonicenses, ad Hebræos, (i) reliquas verò postmodum singularibus edidit personis, ut rursus ipsum illum septenarium numerum ad sacramentum unitatis converteret. Argumenta autem earumdem Epistolarum hæc sunt: Imprimis Romane plebis fidem collaudat: Corinthios gemina

toto opere obelo notata sunt, de quibus ut propria mentio fieret, & singularum ratio redderetur, non iudicavimus fore necessarium.

(g) Reliqui verò Græci sermonis eloquio ediderunt. Hæc multo commodior opinio est, omnes Evangelistas præter Matthæum Græcè scripsisse, quàm quæ nuper prodit, Marcum Latine scripsisse, nullo satis idoneo argumento fundata.

(h) Ad Thessalonic. ad Hebræos. Hebræos non ponit in numero Ecclesiarum, quoniam ad eos scribit, ut paulo inferius ait, qui a fide recesserunt. (i) al. reliquas vero quatuor.

doctrina castigat: apud Galatas per gratiam fidei excludit opera Legis: Ephesios magnificat in fide, quam acceperunt: laudat Colossenses pro eo quòd in fide (a) perseverant: Philippenses Evangelium custodisse gratulatur: Thessalonicenses in prima Epistola, fide crevisse & operibus: in secunda, persecutiones tolerasse fortiter (b) gloriatur. Instruit quoque per Timotheum, & Titum Ecclesias. Philemonem de emendato servo Onesimo rogat. Ad ultimum Hebræos, qui in Christo crediderunt, & postmodum persecutionibus Iudaicis territi a fide recesserunt, confortat, atque ad gratiam Evangelij revocat.

*De Epistolis B. Petri.* Petrus Apostolus scripsit duas Epistolas, quæ canonicæ nominantur. Scripsit autem iis, qui ex circumcissione credentes, in dispersione gentium erant, quæ quidem videntur quibusdam esse planiores: dum tam profundis repletae sint sensibus, ut per eas, qui possunt perscrutari divine scientiæ sensum, quasi per breve quoddam receptaculum, magnas sententiæ, & magna sibi mysteria revelari contueantur. In prima autem Epistola, scribit regenerationis potentiam, & Prophetas, qui prænuntiaverunt futuram Ecclesiæ in passionibus tolerantiam. Admonet deinde Pontifices in castitate vivere, & ut parvulos, sine dolo manere. Demonstrat etiam sanctos, lapides esse vivos, & populum acquisitionis, & regale sacerdotium. Inter hæc popularibus bene vivendi ordinem instituit: hortatur mulieres subditas esse, cultuque pretioso non incedere, viros quoque ad modicum uxoribus adherere: orationem frequentare, & cum omnibus unanimiter vivere. Præterea scribit arcæ mysterium, sive baptismi sacramentum, per quod homo a mundi actibus liberatur. Imperatque fidelibus solius divine voluntatis obedire præceptis, nec ultra carnis inservire desideris. Docet etiam clerum, ac populum sibi ministrare vicissim, passionisque Christi nullum pavescere: & de domo Dei inchoare iudicium: & coronari sanctos, mansuetudinem quoque & humilitatem æternam, invicem admonet observare, insidiasque Diaboli omni solici-

(a) al. steterunt.

(b) al. gratulatur.

(c) forte voluptatibus peccatorum illecti.

(d) Secunda, quoque quam Electæ Domine scripsit. Primam Iohannis Epistolam ad Parthos

tudine præcavere, adjiciens omne opus bonum incipientes per Deum ad consumptionem perduci.

In secunda autem Epistola alloquitur fideles, in hoc mundo quasi interfectos: atque exhortatur omnes de peioribus ad meliora transire. Scribit etiam iustorum memorias refoendas, memoratque Pseudopphetas utriusque testamenti, qui sunt magistri mendacij. Deinde inferit diluyij exemplum ad signandum interitum impiorum; & eorum, qui (c) voluptatibus peccatorum illecti, servi corruptionis effecti sunt. Scribit etiam abundare novissimis temporibus derisores, & apud Deum mille annos unum diem haberi prædicat. Inter hæc resurrectionem elementorum, novitatemque cæli, & terræ: Ad extremum de Epistolis Pauli loquitur, quas cum quidam indocti non intelligunt, pravo eas sensu evertunt.

*De Epistola B. Iacobi.* Iacobus frater Domini scripsit unam Epistolam ad edificationem Ecclesiæ pertinentem, cuius sententiæ immensam scientiæ claritatem legendibus videntur infundere.

*De Epistolis B. Iohannis.* Iohannes Apostolus tres scripsit Epistolas: quarum prima, officium charitatis commendans, tota in amore Dei, & fraternâ dilectione versatur.

(d) Secunda quoque, quam Electæ Domine scripsit, dilectionis hortatur studium: denotat etiam seductores, & ab hæreticis admonet declinandum.

Tertiam autem Caïo scribit: in qua collaudat eum in studio veritatis, & opere misericordiæ: deinde denotat proterviam cuiusdam Diotrepis, & Demetrio testimonium perhibet veritatis.

*De Epistola Sancti Iude Apostoli.* Iudæ Epistola increpat blasphemantes in Christo, & quosdam impudicos sub exemplo impiorum, qui per superbiam & luxuriam sempiternis ardoribus traditi sunt, pro quibus admonet Ecclesiam, ut eos arguat, & ad penitentiam cohortetur.

*De actibus Apostolorum.* Apostolorum historia nascentis Ecclesiæ fidem, opusque describit, cuius quidem scriptor Lucas Evangelista monstratur. Continet autem

scriptam esse Higinij in sua Epistola decretali, & August. 2. quart. Evangel. 9. 39. affirmant. Custodiorum lib. de divinis lectio. cap. 14. ait: Epistola Petri ad Gentes Iudæ, Iacobi, & Iohannis ad Parthos.

tem ea, que in Iudæa vel gentibus per gratiam Spiritus sancti, tam a Petro, quam ab aliis Apostolis, & specialiter a Paulo operata, vel gesta sunt.

De Apocalypsi. Iohannes, postquam scribere septem iubetur Ecclesiis, & specialiter filium hominis sedentem in throno & viginti quatuor seniores, & quatuor animalia (a) procedentia ante thronum, in dextera quoque sedentis librum septem sigillis signatum, in quo bellum, egestas, mors, clamor interfectorum, finis quoque mundi notatur, & seculi. Describit deinde duodena millia servorum Dei, qui signantur in frontibus, ibi septem Angeli tubis canunt sequenti grandine & igne cum sanguine in terra. Tertia quoque pars terre ibi comburitur, & tertia pars maris sanguis efficitur: astraque ipsa rutilantia, terram fulgoris partem amittunt, ibi de fumo putei locustæ producuntur. Dæmoniorum accipientes potestatem lædendi, qui non sunt agni cruore signati. Præterea comedit Evangelista librum Testa-

(a) al. procedentia.

(b) al. phialas, alij citharas.

(c) al. phialas, alij citharas.

(d) al. phialas, alij citharas.

(e) al. phialas, alij citharas.

(f) al. phialas, alij citharas.

(g) al. phialas, alij citharas.

(h) al. phialas, alij citharas.

(i) al. phialas, alij citharas.

(j) al. phialas, alij citharas.

(k) al. phialas, alij citharas.

(l) al. phialas, alij citharas.

(m) al. phialas, alij citharas.

(n) al. phialas, alij citharas.

(o) al. phialas, alij citharas.

(p) al. phialas, alij citharas.

(q) al. phialas, alij citharas.

(r) al. phialas, alij citharas.

(s) al. phialas, alij citharas.

(t) al. phialas, alij citharas.

(u) al. phialas, alij citharas.

(v) al. phialas, alij citharas.

(w) al. phialas, alij citharas.

(x) al. phialas, alij citharas.

(y) al. phialas, alij citharas.

(z) al. phialas, alij citharas.

menti oris prædicatione suavissimum, & operis difficultate amarum. Metiturque cæleste splendor, describitque verba viginti quatuor seniorum, & arcam Testamenti, ac mulierem amicti cum sole, pugnamque in caelis Michaelis cum dracone, ruinamque draconis. Conspectit præterea & Antichristi figuram habentem capita regni septem, & cornu potestatis, & numerum nominis. Narrat inter hæc & canticum Testamenti novum, speculaturque Angelos gestantes (b) pateras, cernitque similiter interitum bestiarum, & beatitudinem eorum, qui corporis sui vestimenta absque carnis voluptate munda servaverunt. Exequitur deinde interitum meretricis Babyloniarum, & nuptias agni, adventum iudicij, interitumque Antichristi, & sempiternam punitionem Diaboli. Ad ultimum memorat resurrectionem mortuorum, & calique novitatem terræ, descriptionemque Ierusalem, flumen etiam baptismi mundum, lignumque vite Dominum Iesum Christum.

(a) al. phialas, alij citharas.

(b) al. phialas, alij citharas.

(c) al. phialas, alij citharas.

(d) al. phialas, alij citharas.

(e) al. phialas, alij citharas.

(f) al. phialas, alij citharas.

(g) al. phialas, alij citharas.

(h) al. phialas, alij citharas.

(i) al. phialas, alij citharas.

(j) al. phialas, alij citharas.

(k) al. phialas, alij citharas.

(l) al. phialas, alij citharas.

(m) al. phialas, alij citharas.

(n) al. phialas, alij citharas.

(o) al. phialas, alij citharas.

(p) al. phialas, alij citharas.

(q) al. phialas, alij citharas.

(r) al. phialas, alij citharas.

(s) al. phialas, alij citharas.

(t) al. phialas, alij citharas.

(u) al. phialas, alij citharas.

(v) al. phialas, alij citharas.

(w) al. phialas, alij citharas.

(x) al. phialas, alij citharas.

(y) al. phialas, alij citharas.

(z) al. phialas, alij citharas.

AD SAPIENTIAM, ET SACRARUM

Litterarum amorem, mandatorumque observationem exhortatio, ex sacris ipsius litteris deprompta.

Ex obo XIII. 8. — 9.

Narrabis filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Ægypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos: & ut lex homini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.

DEUTERON. IV. 21. — 23. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis. Et xii. 32. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas. DEUTERON. VI. 5. — 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostiis domus tue. DEUTERON. XI. 18. — 28. Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocare. Docete filios vestros ut illa meditentur, quando sederitis in domo tua, & ambulaveris in via, & accubueris atque surrexeris. Scribes ea super postes & ianuas domus tue: ut multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra, quam iuravit Dominus patribus tuis, ut daret eis quamdiu celum imminet terræ. Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adherentes ei, disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sunt: Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcatur estis, sicut locutus est vobis. En propono in conspectu ve-

stro hodie benedictionem & maledictionem: Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis. DEUTERON. XVII. 18. — 19. Postquam autem sederit (Rex) in sedem regni sui, describit sibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar a Sacerdotibus Leviticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. DEUTERON. XXVII. 1. — 8. Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. Cumque transieritis Jordanem: eriges ingentes lapides, & calce levigabis eos, & scribes super lapides omnia verba legis huius planæ & lucidæ. DEUTERON. XXXI. 11. — 13. Egredere verba legis huius coram omni Israël, & audientibus eis, & in unum omni populo congregato, tam viris quam mulieribus, parvulis, & advenis, qui sunt intra portas tuas: ut audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantque omnes sermones legis huius. IOSEPH. I. 7. — 8. Confortare igitur & esto robustus valde, ut custodias, & facias omnem legem: Ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, ut intelligas cuncta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. IOSEPH. VIII. 32. ET scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israël. PROVERB. VI. 20. — 24. Conserva fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tue. Liga ea in corde tuo iugiter, & circum-

cumda gutturi tuo. Cum ambulaveris, gradiantur tecum: cum dormieris, custodiant te, & evigilans loquere cum eis. Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vite increpatio discipline: ut custodiant te a muliere mala, & a blanda lingua extranea.

**PROVERB. VII. 1.—5.**  
**F**ili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili serva mandata mea, & legem meam quasi pupillam oculi tui: liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. Dic Sapientiae, Soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam, ut custodiat te a muliere extranea & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit.

**PROVERB. VIII. 1.—37.**  
**N**umquid non sapientia clamat, & prudentia dat vocem suam?: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite parvuli astutiam, & insipientes animadvertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, ut recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid, neque perversum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inventientibus scientiam. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quam aurum eligit. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari. Ego sapientia habito in consilio, & eruditus intersum cogitationibus: Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & qui manè vigiliant ad me, inveniunt me. Mecum sunt divitiæ & gloria, opes superbae, & iustitia. Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argento electo: Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sa-

piantes, & nolite abicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino: Qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

**PROVERB. XXII. 17.—19.**  
**I**nclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. Quæ pulchra erit tibi, cum servaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis: ut sit in Domino fiducia tua.

**PROVERB. XXIV. 13.—14.**  
**C**omede, filii mi, mel, quia bonum est, & favum dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientie animæ tuæ: quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, & spes tua non peribit.

**PROVERB. XXX. 5.—6.**  
**O**mnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se: ne addas quidquam verbis illius, & arguaris, inveniariisque mendax.

**ROMAN. XV. 4.**  
**Q**uæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus.

**I. TIMOTH. IV. 13.—16.**  
**A**tende lectioni, exhortationi, & doctrinæ: Hæc meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos, qui te audiunt.

**II. TIMOTH. III. 14.—17.**  
**T**U verò permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens a quo didiceris. & quia ab infantia Sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in CHRISTO IESU. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

**III. TIMOTH. III. 14.—17.**  
**T**U verò permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens a quo didiceris. & quia ab infantia Sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in CHRISTO IESU. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

**IV. TIMOTH. III. 14.—17.**  
**T**U verò permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens a quo didiceris. & quia ab infantia Sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in CHRISTO IESU. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

**V. TIMOTH. III. 14.—17.**  
**T**U verò permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens a quo didiceris. & quia ab infantia Sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in CHRISTO IESU. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

# ORDO LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI.

## LIBRI PRIMÆ PARTIS.

Genesis.	Pag. 1	Liber Sapientia.	620
Exodus.	50	Ecclesiasticus.	636
Leviticus.	90		
Numeri.	117	<b>LIBRI SECUNDÆ PARTIS.</b>	
Deuteronomium.	156	Isaias.	681
Iosue.	191	Ieremias.	730
Liber Iudicum.	214	Baruch.	791
Ruth.	238	Ezechiel.	799
Regum primus.	242	Daniel.	848
Regum secundus.	257	Osee.	879
Regum tertius.	302	Ioel.	877
Regum quartus.	334	Amos.	880
Paralipomenon primus.	364	Abdias.	886
Paralipomenon secundus.	392	Ionas.	887
Esdræ primus.	427	Michæas.	889
Esdræ secundus.	437	Nahum.	894
Tobias.	451	Habacuc.	896
Iudith.	461	Sophonias.	899
Esther.	476	Aggæus.	901
Iob.	490	Zacharias.	903
Liber Psalmorum.	517	Malachias.	912
Proverbia Salomonis.	585	Machabæorum primus.	915
Ecclesiastes.	608	Machabæorum secundus.	947
Canticum Canticorum.	616		

# ORDO LIBRORUM NOVI TESTAMENTI.

Evangelium secundum Matthæum. 969	ad Timotheum secun- da. 1177
Evangelium secundum Marcum. 1001	ad Titum. 1180
Evangelium secundum Lucam. 1021	ad Philemonem. 1182
Evangelium secundum Ioannem. 1055	ad Hebræos. 1183
Acta Apostolorum. 1081	Iacobi Epistola. 1193
Pauli Epistola ad Ro- manos. 1114	Petri Epistola prima. 1197
ad Corinthios prima. 1129	Petri Epistola secun- da. 1201
ad Corinthios secun- da. 1142	Ioannis Epistola pri- ma. 1204
ad Galatas. 1151	Ioannis Epistola secun- da. 1208
ad Ephesios. 1156	Ioannis Epistola ter- tia. 1209
ad Philippenses. 1161	Iudæ Epistola. 1210
ad Colossenses. 1164	Apocalypsis. 1212
ad Thessalonicenses prima. 1168	<i>Ordo Librorum, qui sunt extra Canonem.</i>
ad Thessalonicenses secunda. 1171	Oratio Manassæ. 1227
ad Timotheum pri- ma. 1173	Esdrae liber tertius. Ibid.
	Esdrae liber quartus. 1236

# LIBER GENESIS, HEBRAICÈ BERESITH.

PRIMUM Moysi librum Græci interpretes GENESIM inscripserunt, quod creationem & originem mundi continet: Hebraei verò BERESITH, id est in principio, à prima totius libri dictione, suo more appellarunt. Continet autem non solum mundi ortum, sed & progressus; mirabilemque 2369. annorum, Dei gubernationem, ad obitum usque Iosephi pertexit. Quod breviter sic ascenditur.

	Anni mun- di in qui- bus nati sunt Pa- triarchæ.	Anni vite eorumdem in quibus generunt.	Anni mun- di in qui- bus nati sunt Pa- triarchæ.	Anni vite eorumdem in quibus generunt.
Adam anno	1.	130.	Phaleg	1757.
Seth	110.	105.	Rheu	1787.
Enos	235.	90.	Sauug	1819.
Cainan	355.	70.	Nachor	1849.
Malaleel	395.	65.	Thare	1878.
Jared	460.	162.	Abraham	2008.
Henoch	612.	65.	Isaac	2108.
Mathusala	687.	187.	Iacob	2168.
Lamech	874.	182.	Ioseph	2259.
Noe	1056.	502.	Qui annos natus 110. mortuus est. Atque ita complectitur historia an- norum 2369.	
Scm	1558.	100.	} Genes. 11.	
Arphaxad	1658.	35.	} Genes. 11.	
Sale	1693.	30.	} Genes. 11.	
Heber	1723.	34.	} Genes. 11.	

## CAPUT PRIMUM.

De mundi creatione, rerum creaturarum distinctione & ornatu; deque hominis formatione, cui subiecit Deus omnia que creaverat.

Ann. M. I.  
Ant. æram  
Chr. 4004.  
Per. Iul.  
710.  
SABBAT.  
SANCTO  
PROPH. I.  
Psalm. 32.  
6. 135. 5.  
Ecclesi. 18.  
1.  
Actor. 14.  
14. 17. 24.  
\* Heb. 11.  
3.



**I**N principio creavit Deus cælum, & terram. 2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas. 3. Dixitque Deus: \* Fiat lux. Et facta est lux. 4. Et vidit Deus lucem quod esset bona: & divisit lucem à tenebris. 5. Appellavitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque est vespere, & mane, dies unus. 6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis. 7. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. 8. Vocavitque Deus firmamentum, Cælum: & factum est vespere & mane, dies secundus.

\* Ef. 135.  
6. 148. 4.  
Ierem. 10.  
11. 31. 15.

9. Dixit vero Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum est ita.

10. Et vocavit Deus aridam, \* Terram, congregationesque aquarum appellavit Mária. Et vidit Deus quod esset bonum. \* Job 38. 4. Psalm. 32. 7. 88. 12. 135. 6.

11. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.

12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.

13. Et factum est vespere & mane, dies tertius.

14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & dividant diem ac noctem, & sint \* in signa & tempora, & dies & annos. \* Psalm. 135. 7.

15. ut luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum est ita.

16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, ut præflet dici: & luminare minus, ut præflet nocti: & stellas.